 in quibusdam  
 in quibusdam  
 posse...*

Mar. Antonio Palladio Sorano.

De quibusdam epigrammatibus suum fert iudicium.

**L**egi tua epigrammata cuncta (me hercule) & quod me in  
 his granditer delectat, mire simplicitatis. Nemo est qui non  
 intelligat te sentire quod scribis, id siue arte fiat siue natura, non  
 possum non mirari, reperio tamen in his nescio quid. Sed id qua-  
 le sit nec scire scio, nec si sciam dixerim tibi & exercitatio egregia ar-  
 tium magistra monstrabitur puto, quicquid hoc est quod nunc  
 desideratur, adijcientur fortassis, aut certe aliqua virtute pensa-  
 bunt. Vale, & quid dialogus περι του θεου nunc agat, fac ut ex  
 tuis literis intelligam.

Mar. Anto. Bonfini suo.

Irascitur & dolet filium suum musicis in-  
 strumentis reiecto fere literarum studio  
 esse adhibitum.

*Ed quare sit Bonfinio  
 in quibusdam  
 in quibusdam  
 in quibusdam*

**N**ihil ad te plures dies scripsi, sui enim tibi & filio iratus, &  
 nunc si queris quo in vos sim animo, non possum non iras-  
 ci. Sed tu dic rogo quando hoc me tibi mandasse putas, ut filium  
 lyre admoueres, ut indecoro ad alienas mensas statu illum para-  
 situm effingeres, turpi & molli motu ad alienos modulos hist-  
 rionem. nec est cur mihi de histrione litem intendas, quoniam  
 si deo placeat, eo venimus ut quid sit histrio non intelligam. Sed



tu discere illos non solū in scena, sed ad mensas quę principum ver-  
satos, inde tecū considera quā proximo loco steterit filius qui in-  
frequentī cōuiuio alienū carnē ad concentū lyre egerit. Vetus  
est hoc dices ac poeticū, at si poeticum non propterea oratorius,  
cuius rei imaginē tibi propolui deliniandam. Sed fac mulcē ne  
ab oratoribus quidē omnino repudiata, note sunt ad posteros  
Gracchorū actiones, aboleuit mos ille Bonfinis & nunc vulgo  
miramur veteres, vulgo laudamus, sed nostris, vt lepidissime ait  
poeta, non illorum annis vtiūtur. Et quanto satius fuisset huius-  
modi inepiis procul exclusis filium meum vtrique stilo assuesces-  
re, & dum plures dies in alienis versiculis ediscendis absumuntur,  
aliquid per se illum meditari, quod ad nostrū institutū attineret.  
Suspirabam iam tertiu mensē illius literas, cum perbreuē vnā  
metu & pudore magis quā voluntate expressam ad me dedit epi-  
stolam. Hoc fuit quod, cū ferranensi hospite amice & familiari-  
ter dolui. Hoc nunc etiā queror & doleo atque identidem testor,  
me non istuc filium ablegasse, vt in eam infantiam euaderet que  
me perpetuo torqueret. Quin scribat potius quotidie aliquid vt  
ad me vicelimo quoque die vel ad summū trinundino literarū fas-  
ces ab eo perferant, que velut ephimeridē quādam eorum que  
a vobis istic agant mihi explicent. Hoc fuit quod tantopere ab  
initio cogendebā, ad hoc te hortatus sum semp. hoc in primis hu-  
ic mee sollicitudini dauū volui, sed tu per deos vide ne mecum il-  
lo perdas, quin quod scio te euentū velle cum Luceio viro inte-  
gerrimo da operam vt puer grece & latine proficiat, vt optimis  
assuelcat auctoribus, vt grandia mirari incipiat, vt pedestrem or-  
ationē & carmen alternis exerceat, & vt vno verbo dicam cu-  
ra te queso ne puer frustra istuc missus videatur. Statueram eū  
huc accersere vt coram quid actum esset cognoscerem, veritus  
tamē ne morbū aliquē nocturna nauigationē contraheret quem in-  
itu aut reditu in ipsum canicule exortū incideret, pernitiosa est  
noctu fluuialis aura, in septēbres ydus differēdū duxi eius accel-  
sū, mitto itaque in id tps tibi aureos nūmos quoque, mitto et Luceio  
calamaria thecā ex cupressio grecanici opis calamis relectā, et ma-  
trifamilie illi cuius prubernio vtimini cristallina quāda pua quē mūe-  
ra. Sed anius me ad ea quę in filiū pferunt ppendēda nō parū, si  
pmo nro pgressu filij pfectus fuerit mihi vlt mediocriter blandius,  
pauar quod tuo cōmodo fiat adhuc p annū istic esse, interea de ei



moribus & institutione p̄stabis que corā & p̄ literas ab initio res  
cepisti. Vale. Mar. Anto. Nouellino suo.

Mitto amico ea que filio in vsum sunt conferenda  
in Arius noster per lucunde est nobiscū feriat<sup>9</sup> his paucis die-  
bus, nunc Pataviū negotiū (si sapiēs est) nō oīn gratia re-  
petit. Afferitq; tibi nūmos aureos decē quos priori summe adijci-  
es, sunt (nisi opinione fallor) aurei triginta q̄s pro conubernio  
anni hui<sup>9</sup> ad te misi, & si p̄pauci argenteoli desunt, decē credo aut  
duodecim qui bona fide tibi suo tpe representabunt. Mitto p̄te-  
rea scorteos specierū sacculos quatuor ad tuā & fratris tui opti-  
mi potius q̄ filij culinā instruendā, etenim vero pueri satis edax na-  
tura est, nulliusq; lentaculi indiga, per se em̄ eras illa suauissime  
vescī, mitto & medica mala, quorū vt Marius mihi dicit istic  
penuria laboras. Sunt hec fateor admodū parua nulliusq; pō-  
deris, sed rem totam commendabit Nouellini mei hūauitas que ni-  
hil in amico solet p̄ter animū spectare. Vale, & per amicitia no-  
strā rogatus da operā ne filius quantū tua industria & diligentia  
eius p̄fectus iuari pōt, me vana frustret expectatioe, qd̄ non  
magis mihi miserē sit q̄ tibi & amicis quibus eū credimus inuidi-  
osum. Iterū vale, & fac queso vt ex tuis literis intelligam te pec-  
uniam accepisse. Mar. Anto. Tyriace suo.

Filium suum amico commendat  
Go tibi Mariū commendare nō desino, nec id facio quod  
verear, ne non sit tibi satis cōmendatus, sed tam negligens  
est vt video qd̄ nisi calcaria adhibeant, sit haud dubie oēm meā  
expectationē frustratur<sup>9</sup>. Tu ignosce queso, quod toties sum tibi  
molestus, comuniq; parentum vicio id dato, est em̄ vt video  
stulticie & ineptiarum mater, natorū charitas. Sed parendum  
est nature cui nefas est repugnare. Nec vna causa est cur tibi sim  
sp̄ grauis. Celsus noster, qui has meas tibi attulit literas fratrem  
habet adolescentē, pbū et eruditū, que tuo dūctū et auspicijs vel-  
let phie studijs admoūere. Sed maior oīno est anius q̄ facultas,  
opus itaq; ē nobis cōditioe aliqua, vt ille diuinius istic esse possit,  
nam domesticē rei angustia suis sumptibus satis esse non potest.  
Gratissimū mihi feceris si per te adolescens ipse fuerit consecut<sup>9</sup>,  
vt apud vnū alique Patavinorū, ad pueros domesticē instituē-  
dos p̄ceptoris locū. Habebit is quicūq; fuerit adolescentē inge-  
nio verecundo, & eruditione in ea etate singulari, sacro go vt in

Negligens  
sily in nist ad  
hanc q̄ opor  
est vt video  
qd̄ nisi calcaria  
adhibeant  
sit haud dubie  
oēm meā  
expectationē  
frustratur<sup>9</sup>



telligam hanc meā cōmendationem non parui apud te ponderis  
fuisse. Va'e.

Mar. Anto. Gulsiole.

Conquerit se a discipulo mercede fraudatum.

v Idissem te libēter cū nuper Venetis fuisti, sed tua an mea  
culpa sit factū qđ neuter alterū viderit, postea querendū  
puto. Nunc pro nostra mutua bñuolentiā oro te mi Gulsio'a &  
obtestor plurimū, vt quēadmodū mihi literis amici filii cōmens  
dasti, fuisti auctor vt cōuberniū ei deferre, pari affectu meā ad  
uersus illū suscipere velis capiam. Abijt hinc bonus adolescens  
me infcio, cum nō paruā deberet mihi pecuniā pro domestica in  
stitutione / quis in eo erudiendo fuerim, ipse optimus est testis.  
Sunt & qui cum eo tunc apud me instituiebantur. At pro indu  
stria & diligentia quam illi prestiti iam annum propemodū, est  
preceptorem vana expectatione iustificatus, quem turpe est ne  
impium dicam sua mercede fraudare. Misissem ad te literas quas  
publice ad prectorem vrbis impetraui, vt adolescens patrem p  
potestate cogat ad eam pecuniam quam mihi ex stipulatu debet  
persoluendā, misissem & chyrographum meum, quo totum tibi  
permittimus negotiū, si quid factururus esses, perspectum habuis  
sem, Tu si me amas, & si a me amari nō ignoras, caue in re quis  
sima tuo desis Sabellico. Quod si maioribus curis occupatus id  
minus prestare potes, gratissimum mihi feceris si cōtinuo de tua  
voluntate ad me scripseris, vt tua delictis opera alium mihi qđ  
ram patronum, Vale.

Mar. Anto. Do. Cardinali Grimano.

Commendat Cardinali filium suum vt sibi

puideat de sacerdote aliquo.

e Go ad hunc diem de tua tuorumq; omnium laude & im  
mortalitate nunquam cogitare destitit, nunc experiri libet  
pater amplissime qđ tua faciat amplitudo, hoc sui Sabellici in  
se studium & obseruantiā. Est mihi filius iam adultus, & literis  
& moribus (quod mihi patri liceat dicere) optime instructus,  
estq; hoc anno sacris initiatus, & ad sacerdotium vsq; promot  
yerū tam pauper vt propter ediscuā vā in foro Iulienis agro, in  
qđ nūc sacris opat, nihil rei illi sit ampli<sup>9</sup> ad victū et vestitū, et qđ  
pl<sup>9</sup> me mouet nihil eius spei ad incrementū aliqđ, nisi pietas tua pa  
ter p̄statissime iacentē erigat. Sunt in tua Aquilensi ecc'ia, haud  
vno loco sacerdotia, et (vt vulgo aiūt) canonicat<sup>9</sup> pleriq; nūero.

C ij



Faciet rē non modo piā tua amplitudo, sed & mihi qui de digni-  
tate filij plusq̄ dici possit laboro tā gratā, vt vel hoc noie velim  
omī tpe, tm̄ tibi pater amplissime debere, quantū nulli eorū qui  
de me optime meriti sunt, si vnū aliquē i his locū Mario filio imo  
mihī patri destinauerit, atq; ita destinātū vōset, vt in eū q̄ primo  
alteroue loco vacauerit recipiat. Erit id mihi, vt dixi, tā gratū vt  
nihil possit esse gratius, nihil ē cur magis velim tue amplitudini  
vīus & mortu⁹ debere. Detuli ad hec M. viro Hieronymo fri  
tuo operā meā et domū gratuitā, vt eius liberi apud me comodi  
us instigant, eritq; si quid in illos cōtulerim⁹ eorū que debem⁹  
corollariū nō beneficij hostimentū, sis diu felix pstantissime pa-  
ter, cui me et filiū hūilif cōmēdo. Pōponi⁹ Let⁹. M. Anto. S.

*Quidam munera pbat, vti illiudineq; literarum amicos  
abentes coinugi ostendit.*  
Jacobus Baptista vir & hūanus & eruditus qui est sodali-  
tatis Eremitarū Aur. Augustini tuo iussu quinque ascen-  
dit, meq; visit. X post datā salute plura meū de tua facilitate atq;  
doctrina cōtulit. Ego soleo supra modū letari, cū audio hoies de  
M. Antonio hñ sentire, p̄sertim cū nro seculo sis, q̄ plurimū po-  
steritai tribuas. Viterbiensis Lucas de quo ambigis integer est,  
& cui potest quiduis p̄ciosum credi, & cū fere vix pier prima  
rudimēta nouerit, literatos amat et obseruat. Mūera mihi gratif-  
sima fuere, grati⁹ gratissimo etiā tūe corā intuerer. Sed nō adeo  
distingimur vt literis saltē id fieri nō possit, p̄pter quā cām epi-  
stole dicunt inuēte. Petrus hō diligēs et curiosus tecum in reditu  
feret cōpendiū quorundā gestorū Romanorum, tibiq; ostē-  
det, si probaueris permittet diuulgari, si cōtra, dabit ignibus, tue  
celsure sit, seu vita seu interitū p̄bere, vt antea scripsi, vt huic rei o-  
perā des te exoro, quis tua liberali natura egrefers ab amicis exo-  
rari, tanta est in te humanitas vt inuites qui iubeant, non qui exo-  
rent. Viue felix, & consuetudine nobilium Venetorum & exist-  
imatione, in qua es, que simul & vigilie & labores pepererunt.  
Habeo tibi gratias, quod inter cetera beneficia effeceris, vti iaco-  
bum nouerim Rome. Pridie Idi. Maij.

*Agit gratias Cardinali q; opera sua a merore leuatus sit.*  
Etis cum homine indulgenter egisset natura clemētissime  
pater, si filiorum causa tm̄ solliciti essem⁹, sed inepti sunt &



demeres miseri partes dū ingenite pietati nimis indulgent, sunt  
q; hoc ipsum scio, cum alij pleriq; experti, tum ipse nuper vlt  
ad ludibriū, qui dū filij causę impensius studēo, causam & filium  
pene perdidit. Sed sic pfecto est, trahunt ceteri affectus mentē  
dolor & ira precipitant, acceptę iniurię magnitudo fecit, vt neq;  
man<sup>u</sup> vulneri admouerim, & quia nō admouiscire minime po  
tui quale id esset, anteq; alē adactū, queue medicinę ratio esset  
adhibenda, quo contigit vt cū opē & auxiliū implorare, qua po  
tissimū parte curandus essem monstrare nequiuērunt, pueros  
(quod pudeat dicere) imitatus, qui vel leuiter percussū, cū ad ma  
rē lamentabūdi cōfugiunt, manū alio q; oportuit applicant ma  
nifesto vani doloris argumento, dant suis querelis lachrymas,  
Sed felix fuit noster error, qui plenissimū vani meę tuo salu  
bri cōsilio inuenit remediū, suūq; graui molestia leuatus tua o  
pera pater plenissime, quod perinde fuit mihi gratū, ac si totum  
hoc negotiū quod omnino futurū sperabā fuisset istic cōfectus;  
Nūc quibus verbis tue amplitudini agam gratias non reperio.  
Spero & opto aliquando videri, quę tua amplitudo cū gratum  
tū memorē virū iudicet, dignumq; arbitret, in quo suum be  
neficiū vitro collocarit, certe animus cuius sum mihi cōsciū,  
nil hodie preter gratitudinē meditat, pendetq; totus ex vnius of  
ficij euentu, vt tue demum laudis dignitatēq; q; studiosissimus  
fuisse credar. Quod preterea tm̄ res nostre tuo sapientissimo iu  
dicio probentur, quantū ne ipse quidem postulare ausim, tribuo  
id ego tuo miūssimo genio, qui non solum ad virtutem exercen  
dam sit natus, sed ad virtutis etiam imaginem, vel potius vmbraz  
in omnibus fouendā, Ceterū tanti est tue amplitudinis apud me  
autoritas, vt ego qui nunq; mihi placere potui, iam nunc demum  
summi viri testimonio confirmatus non displiceam, audaciorq;  
factus, subitum ceperim consiliū impressorie officinę inferendi  
sex historiarum eneadas, quibus longissimam rerum seriem a  
prima mūdi origine ad hūane salutis annos texui, per ampla ve  
tustatis spacta euagatus, que cum primum inde exierint, curabo  
diligenter vt ad tuam amplitudinē cōtinuo perferantur, cui me  
& totam domum commendo ac trado.

Mar. Anto. Petro Conterano Rogerij filio.

Frānciscū Philēphū ab eloquentia sua plurimū laudat.

p Ercebit rumor, immo constans fama est per grandē epi



flolarum Francisci Philelphi numerum, velut seruire agmen in  
ergaculo tumultuari, poscereq; libertate. Est (vt mihi dicit) vo-  
lumē pene immēsum, sed quo vberior seges, eo maior puent.  
Graculor studiosis quib<sup>9</sup> non solū librorū copia ingens assidue  
cudit in librarijs officinis, sed quod semp est aliquid qd' nouit cu-  
dat, atq; id nō inutile. Nā qd' ad Philelphū attinet qui eius inge-  
nij studia nō probant, qd' in re literaria sit pbabile, parū meo iudi-  
cio intelligūt, tuit ille, cū singulari eruditioe, tū summa dicēdi co-  
pia, veteribus similior quā nostri tps hoibus. Non em̄ pluuias  
(vt ait Pindarus) colligit aquas, sed viuo flumine redundat natu-  
ra illa oīm rerum capax, & vt breuiter dicā, dignus est legi, cum  
ppter ceteras v̄tutes, tū quia sit omniū qui millefimo ab hinc an-  
no scripserunt ppemodū elegantissim<sup>9</sup>. Sed tu qui ingenijs im-  
pensius faues cōsule rogo in mediū, nec patere vt vnus tanq; se-  
nex ille comicus eiusmodi thesauro incubet. Sunt libri illi episto-  
larum apud hoīem tibi familiarissimū, vt Hieronymus Alexan-  
drinus inquadinus tuus p̄dicat. Custodiunt nō minus religiose  
q̄ libri ad Monetā reperti. Vale.

Mar. Anto. Iacobo Pontano suo.

Narrat suam de instruendis Pontani  
filijs sententiā.

e T ad filios tuos adolescentes optios nuper scripsi Pōtane  
vir doctissime, & ad te nūc scribendū duxi, vt q̄ de illorū  
studijs sit mihi sententiā nō ignorares. Probo dialecticen, cui am-  
bo tuo siue iussu siue hortatu impēsius incubunt. Probo et phiāz  
cui iminēt, eniūero quis rē tantā nō probat? sed qd' eloquentie  
studia parū ob hec frequentēt, nec pbare possunt, nec volo. Vt  
nam breui epistola tibi monstrari possit, quātum nostra hec stu-  
dia ad quę ambo mihi nati videbant, fuerint ad omnem doctri-  
narum profectum eis collatura, si rem pulcherrimā non cogerēt  
tur deserere. Nec verendū est, ne lectionum numero nimium  
onerentur, sequaturq; ex labore tedium, nihil oneri esse potest,  
quod sua natura dulce est & suaue. Quid quod reficiunt etiam  
animi lectionum varietate, vt in plurisariam cibus appetentiā.  
Sed video q̄ improbe faciam qui plus volo q̄ pater, quasi quis  
q̄ melius scire possit, quā illis precipue conducat q̄ tu qui eos  
genuisti, cui sunt ambo preter cetera charissimi. Sed qui multū  
amant sepe multum decipiuntur, nec patitur patrius affect<sup>9</sup> om-



na videre. Est preterea amici consilium, si amicus sit. vt Poete  
carmen testatur, non inutile. Sed tu velim id de filijs statuas qd  
illorum sit profectui maxime conducibile. Vale.

Mar. Anto. Palladio Sorano.

Pollicetur se ad prandium quod promissum  
est venturum.

o Bseruo diem, tu legem serua qua te mihi prandium para  
turum scribis, non Aristippus venio, sed homo a Sabinis  
oriundus Duco mecum couiuam vnum frugi hominem ac mi  
nime edacem, ne si duo accubuerimus Timonis & Peanti con  
uiuū istud vocetur. Sic melius vt gratiarum salte expleatur nu  
merus. Vale.

Mar. Anto. Mario.

Hortatur filium ad pacem nram.

a Ffert tibi noster Opilio argenteos denarios vicens, de re  
tua nihil sit in presentia, disce parere necessitati, atq; ea pati  
q nollis, qn ego tua causa sero que no debeo. Si proximis nund  
narū ferijs ad me veneris re hic sarta & tecta inuenies. Epistole  
qs ad me dedisti satis placuerūt, sed ita placuisse scias vt in illis ali  
qua ne multa dica desiderē. Vale.

Mar. Anto. Fortunio suo.

Consolatur amicum vt equo animo coniu  
gis mortem ferat.

q Vanto me dolore affecerit acerbissimus coniugis tue amā  
tissime casus de quo ad me scribis, tu Fortuni mi qui non  
ignoras quantum te diligam. multo melius consideret quam ego  
queam scribere. Doleo ego multum ac plus fortasse q; equum  
sit defuncte vicem. Fuit enim mihi propter te non minus actu  
dum vixit grata. Sed cum te contempler incredibili afficior  
dolore. Mortalis erat illa, etsi admodum puella, mortalis ta  
men, atq; ea lege nata vt aliquando fatali pareret necessitati, cui  
tantum abest vt in morte mali aliquid aut miseri accidisse existi  
mem, vt beatissimam etiam esse purem, que tum vitā cum mor  
te commutarit, cum tibi, parentibus, liberis, omnibusq; do  
mesticis fuit periuicunda. Etenim si suprem<sup>9</sup> est dies qui de om  
nibus iudicat, non video cur mors gratis huc esse potuerit, cui  
tū maxime mori cōtgerit, cū nihil habuit quapropter mortē op  
tare debuisset, & nūc illa hūanis soluta curis p Elisū forte errat,



non futurorū sollicita, non quantum vite egerit pertesa, quin aman-  
tissimi potius coniugis memor nihil minus abs te quam lugeri vult,  
nihil minus optat quam ut immortalitati, quam nunc demum est adpe-  
ta, dolendo inuideas, tamen precatur ut charissima illa mutui amoris  
pignora, que moriens tibi reliquit, perpetua foueas pietate, hec  
ames, colas, instituas, his utriusque vicem parentis tribuas. Scribes  
rem plura in hanc sententiam, nisi repes luctus animum occupasset,  
coegissetque me hec scribentem, vel solo rei admonitu tuis affectibus  
dare lachrymas, ut qui nuper ad scribendum veneram, ut te mihi ami-  
cissimum consolarem, ipse iam prope modum consolandus sim. Sed quod  
ad te attinet, multa quidem erant que & ipse tibi precipere poteram,  
& a summis etiam philosophis iam antea precepta enumerare, qui-  
bus instructus haud plus nimio tibi dolendum esse scires, nec tam  
impudenter dolorem hunc ferres, ut tempus expectari oporteat, quod  
vulneris huius cicatrix obducat, quin ratio potius illi obicienda,  
qua nisi in huiusmodi calibus utamur, humanam imbecillitatis haud  
dubie oblitum fieri possimus, indigni, qui a vulgo credamur alii  
quid distare, sed ex eorum potius numero esse, qui falsa opinione im-  
buti se & sua extra omnem humanitatis aleam esse oportere existimant,  
quod non mihi turpe prudentis viri credere quam stultum opinari. V-  
terer ego longiore adhuc epistola, quod te in sententiam adducerem, nisi cer-  
to scire cum te esse qui non tibi tamen, sed alijs quibus cum opus sit, possis opti-  
me consulere. Superest igitur ut quantum potes enitere, ut oblitum dulcissi-  
me coniugis ita te tulisse audiam, ut non deas unam que mori non potu-  
erit, tibi matrimonio iuncta credidisse videaris, sed quod pius adpe-  
ta, tam pulchre eam iacturam ferre posses, quam tua viri et persone quam  
sustines dignitas postulat. Adolescere quod cum tuis ad me litteris venit,  
cum tu, tu Bononijs viri clarissimi causa libens excepissem, nisi ita statu-  
tum habere, procul ab negotio esse, quod inexhausta hec suscepte histo-  
rie serpes fuerit ad exitum producta. Et nunc sexagesimum et liber in man-  
ibus. Utinam aliquam portum teneam. Vale. Venetijs postridie Idus  
Februarias. Mar. Antio. Nouellino suo.

Commendat amico filium suum.

Ram fateor tecum omnino aliquid de filiis quem tue fidei credidi actus,  
cum ingens curarum estus me istinc pene precipite egit,  
nunc tamen abs te peto vis humanissime, ut si me dignum tua amici-  
tia existimas, Marium ita apud te habeas ut ipse intelligat, se Pas-  
tauum non voluptatis causa a patre constitutum, sed ut per labores



querat sibi reditum, unde sua culpa nuper excidit, quod spero est  
facturum, si tua auctoritas fidelissimeq; adhortationes fluctuante ad  
huc animo ad bonarum artium cultum erexerint. Nam quod ad me atinet  
vix tam libenter illi per virtutem sibi gradum faciat, ad pristina pas-  
tris benevolentiam recuperanda, quam facilis ipse ero in filium, paratus  
est omni tempore cum eo redire in gratiam. Quod de ratione studiorum  
scribam nihil est, nisi ut te auctore creticum graece audiat, scribatq; si-  
bi lectiones ut facilius stilo assuescat. In quo scio ego quantum tua  
opa possit pueri profectum iuuare, hortando, monendo, casti-  
gando errata, quod si a tua humanitate impetro, ut id laboris velit  
mea causa suscipere, quoad vixero tibi vir optime debeo  
estum illorum nulli quibus plurimum debeo. Dabit & Tyrage co-  
muniamico operam, in qua lectione recognoscenda iuuabitur  
haud mediocriter ab eo adolescente quem domi habes, quicquid  
audio iam biennium est dialectice discipline assuetus, & ut breui-  
ter dicam tota ista domus dei optimi providentia mihi oblata est  
ad filii profectum. Vix tam ipse sibi adsit, quam cetera ad usum  
studiorum affutura confido, dedi quatuor aureos nummos huic qui  
has meas attulit litteras. Dabo operam ut singulis mensibus aut qui-  
bus tibi libitum fuerit pensionibus reliqua tibi pecunia represen-  
tetur. Vale.

Mar. Anto. Mario suo,

Hortat filium ut literarum studiis operam nauare velit.

Go multa animi egritudine vix mihi constabam, cum Pata-  
rij nuper vna fuimus, paucisq; tecum egi, cum multo plu-  
ribus agere debuissim. Sed omnium maxime illud abs te peti-  
tus, ut die noctuq; considerares quantum te nisi oporteat, ut eo  
unde tua culpa excidisti per virtutem redeas, quod ut facias non  
tantum tua causa elaborabis, sed ut patrem qui paratus est tecum re-  
dire in gratiam puniti sollicitudine leues. Quare te filirogo & hor-  
tor per omnia iura quae filios parentibus obstringunt, ut totius vi-  
ribus enitaris efficiasq; ut omnes intelligant Sabellicum non peiorem fili-  
um genuisse quam ipse vir fuit, aut certe videri voluit. Quare excita  
te ipsum atq; alacri animo omnem mentem & cogitationem tuam in bona-  
rum artium studiis defige, ad quorum profectum illud etiam atq; etiam  
monebo, ne incerta pro certis habeas, memoriam ad hec quantum po-  
tes exerce, poteris enim quantum voles. Graece scribas, latine legas,  
vixitq; studio equae pcedat. Nec cuiusquam pluerudini te credas, nul-

D







simis meis eo nomine accepta occulta fuga interuerrisse, cum pu-  
eri quos instituendos susceperat nihil adhuc profecissent, tu per-  
ceptum scribendi stilū fac, ut vel inuitus seruet, immo augeat, nec  
patiare queso illum affectata celeritate in peris delabi, ne in his  
quidē que per lulum scripserit. Cupio ad hec pari studio greca  
imitari, ut quondie aliquid scribat & grece, nec diutius quod ad  
cetera eruditione attinet, velim eum in grāmāticę questionibus  
immorari, tpus est ut maioribus assuescat, quae e Lulium velim  
illi vel Laetantiu pponi, vnde pleniore haustu hauriat eloquen-  
tia, satis superq; grāmāticę dabit, si quinto aut sexto quoq; die  
ad illam puerillū questionū discussionem reuocabitur, reliquum  
tempus, scribendo, loquendo, meditando, eloquentie detur. Lu-  
centias de quibus ad me scribis, nullas adhuc mihi reddas ve-  
hementer miror, fuissent profecto longe iucundissime, reddent  
postea forasse, tu interim meo nomine hominē docillimū salu-  
ta, Faleolos meos iadudum expecto, nec despero futurū ut ex  
tribus pueris vnum ad te mittā, agam certe pro viribus ut hac &  
q; parte sentias a me tue dignitati consultum, Ego nō modo per  
brumā ad vos non venturū, sed ne per reliquum quidē hyemis,  
nec prius omnino venturus sum, quam dimidiū veris exierit.  
Interea, Mariū tibi cōmendo, eius mores & institutionem io-  
tens traditam etiam atq; etiam trado, tantum habeto ex multis  
quos tibi ad hunc diem officio deuinxisti, gratiorem Sabellico  
te experiarum esse nemine. Vale. Iterum & q; tam tumultuose  
ad te scribo da ventā, meorūq; laborum rationem habeto qui a  
deo me degrauant, ut nec quid scribi oporteat satis sciam. Si ad  
me aliquem ex his qui huc nauigant venire iusseris, cui tuto alie  
quid credi possit, mittam ad vos sub natalitios dies bellaria, fac  
preterea ut sciam qua regione istius vrbis domicilium conduxeris,  
ne nostrę litere prius circumferant tota vrbe, quam quo vo-  
lumus perferantur. Vale.

Mar. Anto. Luceo suo.

Cōmendat amīcū filium suū.

I Egissem lras tuas libetissime, nā te dedisse Bōfinis nostris li-  
tere iam antea sciarūt, sed illas intercuisse arbitror, qn ad  
hun c diē nemo reddidit. Expecto alias abs te recensiores quib;  
erudiri cupio quid puer meus agat, an sit qd de ei<sup>o</sup> pfectu spera-  
re aliqd possimus, in q nihil eque ac tua opa nos iuuare potest.



Ceterum quantum illa in filio instituendo, tantum predicatio tua, ut  
testimonium potius patris sperem confirmare poterit, preterea quia  
satis ingenue facere mihi videor si tibi viro optimo multum debe-  
re cupio. Pro nostra nuper inita amicitia abs te peto, ne patiaris has  
lras quas ad Bonfinem & Marium dedi, istuc diutius vagari, sed des-  
opam ut per aliquem tuorum continuo, illis reddantur, erit id mihi vehe-  
menter gratum, Vale. Mar. Anto. Mario suo.

Quod per unum factum  
deinde per unum  
deinde per unum  
deinde per unum  
deinde per unum  
deinde per unum  
deinde per unum  
deinde per unum  
deinde per unum  
deinde per unum

Gratulor filio quod in eloquentie studio profecerit.  
Ratulo tibi bellissime Mari, gratulor inquam tibi & mihi  
gaudeo quod in ista celeberrima vrbe, frequenter hominum conue-  
tu, his paucis diebus tam constanter & venuste quam ipse volebam  
peroraueris, deposueris, vel vna actione non obscurum futurum  
tuis rudimentum. Significauit id mihi per literas Bonfinis no-  
ster, satis quidem tuarum laudum, sed magis ut puto veritatis am-  
icus, eius aliunde est idem mihi copertum, sic enim natura comparatum  
est, ut nascenti laudis oes liberae faueant. Tu suavissime Mari perge  
ut cepisti porro ire, ac tibi persuadeas volo nullum esse locum tam  
arduum in his studiis que nobis cum multis commoda sunt, in que cum  
ingenii facilitate, sum preceptorum industria, quibus iam pridem  
das operam non sis facile equalis? Volo itaque fili te optimos imi-  
tari artifices qui non satis habent inchoare imaginem nisi ad imos pe-  
des omnia affabre figurarint, nec volo mihi Apellem nobilissimum  
alloqui artificem in hac parte dari, quod Venere mirifice inchoata relinquit,  
nec enim non potuisse eam absolueri credibile est, sed noluisse, enitere  
ut in eum virum euadas, in que te euasurum mihi augurant. Ego ut &  
cupio & opto proximis diebus, aut ad te venturum aut mittam ad pre-  
ceptorum tuum pecuniam, ac tu aliquid expecta. Sed cupio cognoscere quod  
sit cur pecunia indigeas, malo enim si quod opus est, id quod erit, Ve-  
nietis quam alibi tibi patrum iri. Sed in eo pbelle nobis pueniet, modo is-  
sis quod ad usum tibi non ad usum pecuniam deposcas. Nosti credo Sa-  
bellici stomachum. Vale. et ad me fac quid scribas.

243

Commodum  
deinde per unum  
deinde per unum  
deinde per unum  
deinde per unum  
deinde per unum  
deinde per unum  
deinde per unum  
deinde per unum  
deinde per unum

Mar. Anto. Bonfini suo.

Significat quibus rebus veli filium erudiri.  
Ommedo tibi Marium, id est ego magister ex meo instituto fa-  
cio quam quod ita opus sit, vnum te oro, imo obtestor, ut quies  
de aurigatoe aliquid loquitur, miro enim dicit teneri eius rei studio, des-  
opera ut confestim ad sit illi equus, sed bipes equus in que sublat  
tibi et mihi meritas det penas. Sed tu vir amicissime quod puero ins



dulges: quasi parum adhuc intelliges ad quid eū istuc miserim,  
quin inuitus discat a ratione stare, recordetur patris precepta, re-  
cordet patris minas quibus illi est omni voluptate interdictum  
impetret volo nonnunquam remissiones, ludat etiam, sed domi tua  
datq; trocho, pila, disco, sintq; ferie ille vnus hore, nam duarum  
nimium est, recentissima elementorū figuratio satis mihi nuper bla-  
dita est. Sed corrupta scribendi ratio cū ea laude fecit equilibriū,  
sed tu queso da tuo Sabellico hoc, da patrie sollicitudini vt legat  
ille velit nolit lo. Tortellij pagellam que perbreuē Romane or-  
tographie omnem fere continet rationem Potuissent ea emenda-  
tius tradi, sed tu quedam emendatiora tuo iudicio facies. Cete-  
ra tue humanitati, officio, pietati cōmendo, per omnia iura amis-  
cicie que tecum intercedit oro te & obtestor, vt puero quantum  
potes instes, ita agas vt vtroq; silo eque assuescat, quod si mihi  
vt spero presiteris plus vni tibi debebo quam cuiquid amicos-  
rum vbiq; mihi est, nec expectes rogo vt quotidie ad te scribā.  
Improbi est & parum officiosi ab homine negotiissimo otiosi  
hominis officio exigerē, scribat puer ad me, ac cū sepiss me scri-  
bat, fingatq; si vera scribi non possunt, verba nūc querimus non  
rem. Vale.

Mar. Ant. Mario suo.

Mittit filio munuscula, & eū ad literarum studiū hortat  
e T nuces amigdalas ad te mitto, & tuniculas duas lineas,  
centū papyri folia, si qua re alia indiges, fac vt scia. Quod  
aurigat iōis sis tā studiosus factus, gaudeo vt debeo, egia cū pre-  
ceptore per sras vt quotidie equitare voles dat operā, ne desit ti-  
bi equus. Sed heus tu insanis qui tam diuersus abis a patris insti-  
tuto, nec respicis quid sit cur te domo ablegauerim, audio prece-  
rea ex illa tua feritate nihil remitti, nec parvicatia ista toties a me  
conuictis iactata, minis aut verberibus cohiberi potest. Sed vide  
ne dum nimis cōtumax sis, patris beneuolētia destitutus ab om-  
nibus destituaris, quin das operam vt audia te vno nihil mitius  
esse, nihil hūanius, que virtus nostris studijs fili tam amica est vt  
inde sibi nomen potius, q̄ ab eruditione accepisse credi possint.  
Vale, & fac vt te indies magis proficere audiam, quo nihil mihi  
gratius nunciari poterit. Misissim ad te calceos, sed sutor non te-  
net vestigiū modulū, emitto eos istic, aut cōlestim ad me pedis for-  
mulā lās inclusam mitto, Est uas vestes sub Idus Maias ad te

D ij



mittā, interea discere si potes essetam ferre quādo & alij cum op<sup>o</sup>  
sit brumam ferant. Recens ista scribendi figura quā tibi nuperri  
me delegisti satis videri posset probabilis, nisi omni orthogra  
phie ratione careret, quae causa fuit vt lras quas ad Methicum da  
bas, non sim adhuc reddere aulus. Nam quid magis ridiculū fies  
ri potuit quam in eo aliquem reprehendere in quo ipse sis errore  
frequentissimus, cura igit vt literae tuae diligentius scripte huc per  
ferunt, quae & mihi iucundiores erunt, & apud ceteros tibi eru  
ditionis tamā conciliare potuerunt. Faeolus puer oino veniet,  
sed vix ante Maias Kalendas. Marcus Antonius accessus credo  
tacita quadam emulatioe, ne tibi quā huc veneris cessurus sit, tam  
acriter incūbit lris, tantūq; proficit q̄tum vix vnq; futurū putas  
sem. Sed & Corcyreus puer scis quem dico, vterq; grece & lati  
ne discit. Tu fili caue ne ab ijs qui diutius longe prestant eruditio  
ne vincaris. Non vereor qui si paululū adnitaris eo breui sis  
quasurus, qui illi omni suo conatu haud facile perueturi sint, hoc  
vno nihil mihi gratius facere poteris, nihil quapropter te maio  
re pietate amplexurus sim. Vale.

Mar. Anto, Luceio suo.

Ostendit q̄ grate sibi fuerint amici literae.

o Mnia amicorū grata, sed ijs lris quas nuper abs te Carillus  
noster mihi attulit, neq; gratius mihi quicq; ab vilo amico  
rū, neq; suavius afferri potuit. Quod dii tabellarios perdāt, qui  
sua vel incuria vel perfidia me tam diu suauissime lectionis frus  
ctu priuarunt, sed quo me illi longiore torserunt mora, eo ma  
ior est abs te mihi voluptas repensa. Difficile dictu est quāta sim  
leticia affectus, q̄to gaudio, q̄ incredibile voluptate quod clarū  
amicitiæ nomen in clarissima vrbe clarissimoq; gymnasio sit mihi  
nō querenti reperitū, non aliter q̄ militie nomen Achillis filio ad  
Troia. Spero & opto vt omi tempore simus vterq; alteri cōmo  
do & ornamento. Superest vt amicitia auspiciatissime in tam vter  
q; nostrū & iueri et augere pergat. Ceterum quādo vel casu vel  
consilio sic accidit, vt q̄l me facias preclare cum ve is possis ostē  
dere, te pro nostra mutua benevolentia oro & obsecro, vt quicq;  
quid officij, studij, hūanitas, a te viro hūanissimo expectari po  
test, id totū mihi in filij institutioe respentes, erū id mihi in primis  
gratū & ad amicitia nup inia fortius copulanda vinculum arcuū  
simū, vt qui te sponte diligere ceperim, hinc (nisi ingratus sim)



vehementē amem. **Vale** Mar. Anto. Alexandro suo.  
Hortatur Alexandrū vt in instituendo filio suo accuratorem diligentiam adhibeat.

**L** Vsi ad hunc diem, nūc Mariū ea cōmendatiōe que maxime diligēs sit tibi iterū atq; iterum cōmendo, p veteri nostra necessitudine te rogo vt in puero instituendo diligentorem aliquādo curam adhibeas, desq; operam vt merito in tibi omni tpe, iam inde dico a nostro illo veteri contubernio tribuisse videar, quum amicorum nemini, da hoc queso nostre familiaritati, & a me vel cumulatiſsimā gratiam expecta, de libris per me nihil agi pōt, cū huc veneris causam cognosces. **Vale,**

**Mar. Anto. Bonifini suo.**

Querit se morbo conflictatum, & oris deehonestamento affectum.

**S** I tu & Marius valetis bene est, ego lenta febre & capitis grauedine mox & rheumate pene letifero conflictatus plures dies non extuli pedem domo. Sed iam victus vici, iacturam vnius dentis, facta quem acuta morbi intemperies contra medicis frustra tendentibus mihi ademit, attulit mihi subitus casus cōsternationē non mediocrē nē supra oris dehonestamentū maiorem esset secum cladem allaturus, vt expressam loquendi facultatem cum dente desiderārem, Quod video plerisq; accidisse, nūc satis indulgenter mecum decidit morbus, quod nullo me maiore affecit in cōmodo admonor tamē nihilo secius, sed magis etiam magisq; cogor ob hec properare, humaneq; infirmitatis meae mor tibi & puero acrius instare, vt quum tua diligentia, illius docilitate, vtriusq; industria fieri potest, enixe detis operam vt quicq; habeam quod tuto sperare possim. Quod si vt spero tua aliquā opera fuero consecutus, & hoc quicquid vite superest per te min⁹ sollicitē exigam, & cum fatali parendum erit necessitati si talis cura parentes sequit nūdus spiritus tibi debere volet. Sed hec ego ex meo insti. uo. Tu vir humanissime fac quod facis, & puerū mihi totū a desidia & turpitudine vindica, quod Faselus puer serius quam volebas ad te venerit, non ego, sed pater est in causa, perstat tamē in sentētia, mihiq; desidia & morā exprobrati cōstanter affirmat fore vt breui filium ad te mītrat, vellem intelligere posses, quam illi molestus sim, ita vt merito suspectus esse possim, Pecuniā cui volebas libenter dissoluissē, sed adeo acerbē



tulit se eius mercedis parte defraudari, quam tua sponte ab initio  
pactus esles vt vehemeter iratus eam q̄q̄ summa, quam tuo no  
mine paratus era ei representare repudiauert, minaciter testatus  
daturu se operam, vt per fratrem & ceteros necessarios paulo post  
cogaris istuc totu sibi reddere. Egi cum eo vt tanisper adhuc pa  
teret rem differri, quoad paucis diebus tu ad me iterum de ea  
de re scripsisses. Quare nolim te virum isto ingenio & eruditioe  
de re parua ac pene sordida litigare. Omnis mercenaria cotentio  
docto viro turpis, sed de parua pecunia turpissima, Vale. & qd  
vis fieri a me, scribito. Lucretium nostru saluta, Marium Alexan  
drum commenda. Mar. Anto. Mario suo.

Horatū filiū vt ad patrem doctior redire velit.

Itto ad te caligas & nūmos argenteos vicens, tu quantu  
ad hunc diem p̄feceris, fac vt ex tuis lris cognoscam, eram  
tibi haud pauca scripturus, sed illa qualia sint ex Carisio nostro fa  
cile cognosces. Summa omniu que abs te fieri volo hec sit, vt tan  
tum morib⁹ & lris ad me confirmat⁹ redeas, quantu mea in te pi  
eras postulat, & tu hinc discessurus promissisti, cum plus t̄pis na  
ctus fuero, tunc ad te plura scribam. Nūc illud a me tacitu haud  
quidē ferēs, nisi quotidie ad me scripsi ris fore, vt tam durum me  
experiaris, quā Teucer Thelomonem, sed melioribus vt spero  
auspicijs huc venies, erisq; mihi tam charus omni tpe quā patri  
optimo optimus pot̄ esse filius. Vale, & abs te nō epistolam sed  
volumen expecto. Mar. Anto. Mario suo.

Mitto ad filiū munuscula, & eum ad lras hortatur.

Itto ad te estiuas vestes violacei coloris, vnā ad pedes des  
missam, alterā rosei paulo cotractiorem, qua domi vni po  
teris, mitto & in his damasceni viridis thoracem olofericu inclu  
sum tu hortamenta studiorū non voluptatū fomēta tibi mitui ex  
istima, nec me vnum ex vulgo credas, qui filium nimia indulgē  
tia ex infano infanore reddat, quin quorū illa sum p̄feris fac ea  
animū reputatio subeat, expectari abs te elegantioris huius edu  
cationis hostiumerum non vulgare, id si nescis est vt eruditioe &  
moribus tm, quantu ipse cupio, & tu hinc p̄fecturus corā rece  
pisti, id vnū si cumulate p̄stiteris constantiam patris in te ornans  
do indies maiore expecta, Calceos ad te misissem, sed sutor nos  
plures dies ludificatus, nouissime confessus est se nec tenere vt isti  
gij formulā, emito igit̄ istuc aut alterā ad me mitras ab aliquo opti







oporteat, quicquid ad me de eius studij rationibus scripseris, id  
verissimū purabo. Interim cōmendatū habeas queso, nec illū  
pauāris otio & desidia torpescere. Quod ad cōubernij merce-  
dem attinet velim siciple ex patris sententia istie pliciat, quemad-  
modū pater tibi, & omnibus de eo bene meritis cumulatissima  
est gratiam relaturus. Vale.

Mar. Anto. Nouellino suo.

Expectat amici & filij sui aduentum.

¶ D sunt iam dies dñici ascensus & ego tibi & Mario hospi-  
tium paravi, nō auro & purpura, sed comitate multa & hi-  
laritate. Cupio & opto qđ tuo cōmodo fiat, vos hic apud nos  
his pximis nundinis esse, iam vitrarij institores tabernas in pu-  
blico stauerunt, expecto utrūq; vestrum aut neutrum, Expe-  
cto & Tyriacam nostrū qui se vobiscum venturū pollicitus est.  
Sed ille dux sit non comes, Vale.


Mar. Anto. Tubicini Theologo insigni.

Amicum amico cōmendat.

¶ Ommēdaui tibi sepius superiore anno Felicem vlmicum  
Minoritani ordinis, & nunc nisi diligenter eum tibi com-  
mendē, inhūanus sim, preferim cū persuasum habeat, nihil esse  
quod tu vir pienuissime non sis libenter mea causa facturū, qđ  
eum ita sit, si illum tibi antea studiole cōmendauī, nunc studio-  
sissime cōmendo, vt quod tua dignitate incolumi fiat, obtine-  
at. Felix locum hic Venetijs, qui nuperrime vacare cepit, ex de-  
cessu fratē cū i cuiusdam, qui his paucis diebus Venetijs profe-  
ctus est, non rediturus, vt mihi dicitur, erit id Felici ad studij cō-  
dabile, & Sabellico qui totus est tui nominis vehemēter gra-  
tum. Venecijs.

Lipsiæ, ex ædibus Valentini Schumañ, Anno  
a natali Christiano, M. D. XXI.











Konservacja dokonana w r. 1963  
przez Piotra Karowskiego  
Inteligent Biblioteki Miejskiej







B. 506-

510